Guar. Veronen. in vitas Lysandri Lacedemonii & Sylle romani tra
poemiū ad Illustrem principem Leonellum estensem felr. incipit.

PLVRIMA CERNO TVAS NVPTI ÄD
as Leonelle princeps frequentia apparatu or
namentoq; magnificas dona simul & munera
duci & afferri pro amicoꝝ & subditorū cari
tate ac fide: quib; estensis pariter atq; gon
çagie prosapie dignitas illustretur. Ego autem qui nemini tuoꝝ
fide. studio. beniuolentia in te cedo: licet fortunis facile superer:
immunis hoc tempore esse debeo. præsertim cum eorum ad te tra
mittendorū prestetur occasio: que non minoris. ut arbitror q
superiora facturus esse uideare. Illa nanq; uel usu minui. vel
tractando conteri solent. Verū hec ipsa quo frequentius utere
diutiusq; tractaris: eo latius crescere firmiusq; durare. Illa pre
terea semel profuerunt hæc perpetuo. Quod nā istuc tuū est
munus inquies. Duo illustres viri & rebus egregie patratis
imperatores plurimū decātati Lysander & Sylla comes quos
medius ex Athenis tibi deduco: reliquoꝝ saltantiū & conuiuarū
coetum nominis maiestate ornaturos: & facetiis exhilaraturos.
Ipsos eo libentius traduxi: quo illorū qd nomina ubiq; celebra
tiora: res autem sirme obscuriores erant: propter superioꝝ secu
lorū vel ignauiā vel calamitatem uel utranq;: qb; tanta litterāꝝ
iactura importata est: ut nisi latina medicemus ab grecis: cum
alia permulta: tū clari quōdā homines iaceant in tenebris sit
necesse. Quocirca ingentes utriq; chrysolore grates habēde
sūt: laudesq; cantande: quorū benefitio. industria. studio &
doctrina tot magnos homines ex obscuritate ad lucē e mōte
ad vitā e silentio ad predicationē reuocatos intuemur.
Nec uero te perturbet humanissime princeps: q, inter cōmeo
randum in hisce doctoribus aliqua facinora crudelitatis of
fendes. potissimū cū te sicuti coram: ita & scriptis qualiacūq;
sūt: meis ad mansuetudinē placabilitatēq; aīare coner & in

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

© Biblioteca Apostolica Vaticana

https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_918/0567

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG